fatendū ē, quid reclamas? quid excandescis? quid repugnas?
quod vero Judam album feceris, et e purpuratorū numero in
candidatorū exauctoraveris, vide qua licentia id feceris: illud
verò prorsus ridiculū fuit quod a Rdo Pre Socielatis nigrū
fuisse Judā accepisse se dicit: acutum sane et ex Delphico
tripode petitū oraculum, familiare fuerit colloquium,
in quo disputabat niger ne an ruber Judas fuerit, sed si
dixit, quo tempore dixit? respondebit nescio, ubi dixit?
nescio, qua occasione dixit? nescio, quo p̄sente dixit? ~~nescio~~
nescio, non recordor; quis unquā sic rem probavit, si credendum
tibi putas, quod teste adducis quem n̄ nosti, quē nunquam
audisti, nunquā vidisti, quē nescis ubi fuerit, quando tibi hoc
dixerit, si, inquā, vis tibi hac ratione credi, parebo tibi,
si mihi tū hoc ipso modo dicenti fidē vis adhibere, tan
tot enī testes profectò citabo, tot historias proferam, tot fabulas
exquiram, ut nullo negotio, hac ratione probandi, sim rubros,
facilime deviturus. quapropter si iterum in hanc ca Cathedrā
dicturus ascenderis, cogita nomina illorū, quos ut testes producturus
es, ne rubris ibi laude afferant, qui nec nomen habent:
Quod vò tam acutè tam familiariter me interrogasti my-
stacem ne habuerit Judas, vel πάππον, σπανιοπώγ~~ωνα~~ων,
aut βαθυπώγων fuerit Judas, eadem familiaritate tibi
respondeo, me tunc temporis n̄ interfuisse, sufficiebat .n.
rubro patibulū, multo minus Proditoris barbā curiosius
inspexisse, si tn̄ illius barbā ita amans es, ut propius eā
considerare velis, mitto te ad speculū. Iam vò Aud: Rr: ne
ficta a me putetis, quæ hucusq disputavi, magnorū
virorum

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 166r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/166r)